



**D**emum propter facilem locorum ordinandorum adnotacionem iterum regulamentum tenue faciemus quod equale sit longitudini g f tantum; illudque firmabimus in g, ita, ut cum per totam longitudinem descriptionis circunferentia, exacte rectis alterius lateris congruat meridianis, quo sectio eius per mediū cadat polum: lati<sup>s</sup> que hoc in segmenta, si ad g f pertinere debent, centum triginta & unam diuidemus, aut solum in segmenta centum quindecim, si g f respiciant numeros que adnotabimus facientes initium à sectione qua per æquinoctiale est: à quibus et parallelos scribi intelligere possumus, nemus meridianum, qui in descriptione est, in omnia segmenta diuidimus et signamus, inscriptiones locorum, quæ super ipsum casure sunt confundamus. Partiemur igitæ æquinoctialem in duodecim horarum centrum octuaginta partes, numerosque apponemus, initium facientes à meridianō occidentalissimo, ac semper regulamenti latus ad ostensam longitudinis partem mo-

uebimus donec per divisionem in regulamento factam, ad positionem secundum latitudinem signatam perueniamus, ibique super unoquoque signationem debitam, eodem quo in sphera ostensum est modo faciemus.

In Caput uigesimum quartum annot.

Docet Ptolemeus in hoc ultimo capite duplēcēm orbis in plano descriptionem. Priorem inuenit ex aspectu sphæræ motæ seu reuolutæ, in qua scilicet meridiani sunt rectæ lineæ iuxta uisam apparentiam sphæræ reuolutæ. Alteram docet formare ex intuitu sphæræ quiescentis. Descriptio prima habet se in hunc modum: Fiat parallelogramum rectangulum abcd, cuius latus ab duplum sit ad latus ac, diuidaturq; parallelogramū illud in duo æqua per lineam ef: Et hæc eadem linea per tertiam sui partem aut paulo amplius extedatur ultra c, ut scilicet eg habeat 34 partes tales, quales sunt per lineam fg 131. Et una tertia. Quod si certius efficies, si lineam fe diuiseris in 97. partes et unam tertiam, hoc est, uiginti minuta, et ex illis accipies 34 partes, numerabisq; ab e sursum, et ad finem earum facies punctum g polum mundi septentrionalem representantem. Reliqua fiant ut Canon præcipit et figura oculis